

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

Madeburga, olim parthenopolis a venere parthenia appellata; q̄ ibi colebat. Et vrbs virginis dicta metropolis ac p̄maria saxonie vrbs. ad albiū flumiū sita. Is fluius in montib⁹ exoritur. qui bohemiam morauiamq; determinat. Et puincia mediā ferme perlabit. p̄mo in occidentē. deinde in septentriones versus. vt puincia relinquit p̄ angustias montiū ⁊ abrupta uallib⁹ p̄cep̄s saxoniam petit. quā duas in partes dirimens adadeburgā urbem magnā alluit. Deinde in oceanū fertur. vbiq; a rbeno flumine eā terrarum spacio distans. nō minorē illo plabēs agrū. Neq; romani albiū ip̄m (vt Strabo tradit) trāscenderūt quē pleriq; germanie terminū sarmacieq; quondā dixerē. Hec inclita vrbs impatorū pontificūq; honesta sedes. Tres in ptes diuiditur. Estq; munita menib⁹ ac propugnaculis. turribus quoq; ac fossatis excellet. In eaq; sunt magnifice dom⁹. p̄polite platee. ampla ⁊ ornatissima tēpla. Carolus q̄z magnus nobilem ep̄atum ibi ordinauit. Confecto em̄ longobardoz bello; potentissimo rege capto. nullā morā interponendam putauit. q̄n in galliā cōfestim rediret. Saxoniciū q̄ppe intermissum bellū eū domū reuocabat. saxonū gens longe maxima erat ac etiā bellicosissima pene germanoz oim. hi falsos colentes deos. cū neq; diuinū neq; humanū iuris quicq; pensi haberēt. nihil eque ac religionem nostram. hominesq; ei deditos oderunt. Proximi erant francis. cum quibus continenter bella gerebat. Hec palma cum carolo magno quasi diuino munere referuata videretur. Sic renouatum est cum saxonibus bellum. Quo nec maius vllum nec grauius diuturniusq; a carolo gestum fertur. Tres enim ⁊ triginta annos cum ferocissimis gentibus certatum constat. Tandem penitus saxonē debellati. se suaq; omnia potestati caroli permisere. Victis in posite leges vt patrijs ceremonijs. falsisq; dijs posthabitis xp̄ianam fidem profiterentur. magnū numerū obsidum darēt. modicis terminis septi. Erat autem carolo in bellis gerendis hic primū prepositus finis. vt xp̄iane fidei legem. quantum in se esset extolleret. ideo purgata saxoniam decem ep̄iscopatus in ea instituit. sedes prima pontificalis ab eo fundata. ecclesia Osnaburgē. super basam flumiū in honore petri q̄ summe coluit. Secunda halberstaden. in honore sancti stephani. que prius i Oesterwick fuit. Tercia myndēsis sup̄ wesarā flumiū in castro wedekini. Quarta bremensis in honore sancti petri super weseram. Quinta padebornensis fundata in honore beatissime virginis marie. Sexta verdensis in loco fardan dicto su-

per aleram flumiū. Septima monasteriensis in honore sancti pauli. Octaua bildensensis quā carolus primū in aulica fundauerat. morte preuentus incompletam reliquit. Nona hambergensis in hāmouis id est iouis castro. que olim aquilonarium caput fuit. Decima sedes ep̄iscopalis celeberrima est adadeburgēsis in honore diui mauricij fundata super albiā in parthenopoli quondā partena dicta. Ea tamen a carolo magno instituta fuit primo in Stryde super dominio comitum de Swalenwozch. qui nūc de lippia appellantur. deinde trāstata ad valerfleue. postea ad yrese. Tandem per Ottonem primū imperatorem gloriōsum anno salutis tricesimo supra nongentesimū ad adadeburgam mutata. Et eius auspicio in primatū alemānie sublimat. Cui primus ep̄iscopus prefuit sanctus Adelbertus. vir omnium virtutum plenus. habet hec vrbs insignis in honore sancti mauricij ex quadrato lapide templum ornatissimū. ottoni cesarum nobile opus. Et in eo sancti florentij corpus. Credunt quoq; vnam e sex ydris ibi esse. in quibus vinū ex aq̄ factum. a domino saluatore euangelistarum tradit historia hanc plebibus ostendunt. materia in armorea e ac perlucida. vini capax quantum equus ferer possit. Alteram ⁊ minorem apud bildemenses esse affirmāt. Vexillum quoq; sancti mauricij hic quotannis ostēditur. magistratus vrbs ius ciuile romanorum abbreuiatum ⁊ saxonica lingua conscriptum. non sine reuerentia custodit. quod magni caroli auctoritate firmatum tradunt. Eoq; in decisione causarum vicine gentes recurrūt. magna ⁊ venerabilis earum legum auctoritas habetur. Extat in ea ymago perpulcra Rolandi. qui caroli ex sorore nepos fuit. Prestans fortitudine vir. Et post ingentem hostium cedem in prelio cū de hispania victa exercitum in galliam reduceret. a vascobus interisse dicitur. Hic est Rolandus quem (vti fama est) tempestate sua corporis robore ⁊ animi magnitudine. longe ceteris alijs prestisse. Cuius fortia facta per vniuersum orbem celebrantur.

Badeburga

